

<p>Leges huius anni et a. 321 passim perturbatas esse supra monuimus. - Post victoriam de Licinio Constantinus se contulit Thessalonicam, ubi occidi iussit Licinium legesque emisit diabus Mart. 8 et April 9. Praeterea et rerum emoria ad hunc annum deficit et subscriptiones.</p> <p>8 maart 324 IDEM A. Helpidio. Ex quocumque Hispaniae litore portum urbis Romae navicularii navis intraverit, quae onus dumtaxat fiscale subvexerit, eandem sine interpellatione cuiusquam abire praecipimus nec ulli extraordinario oneri deservire, ut facilius iniuncta sibi possit implere obsequia. DAT. VIII ID. MART. THESSALONICAE CRISPO III ET CONSTANTINO III CONSS.</p> <p>24 april 324 IDEM A. ad edictum Calchedoniensium et Macedoniensium.</p> <p>Quotienscumque aliquam adscriptionem fieri necesse est, rectorum consiliis et dispositione uniuscuiusque civitatis fiat adscriptio, ne libidini et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta gravibus et iniquissimis adficiatur iniuriis.</p> <p>ACCEPTA VIII KAL. MAI. CRISPO III ET CONSTANTINO III AA. CONSS.</p> <p>16 mei 324 IMP. CONSTANTINUS A. ad Constantium praefectum praetorio. Remotis Licini tyranni constitutionibus et legibus omnes sciant veteris iuris et statutorum nostrorum observari debere sanctionem. PROPOSITA XVII KAL. IUN. CRISPO III ET CONSTANTINO III CAESS. CONSS.</p> <p>Leges huius anni et a. 321 passim perturbatus esse supra monuimus. - Post victoriam de Licinio Constantinus se contulit Thessalonicam, ubi occidi iussit Licinium legesque emisit diabus Mart. 8 et Apr. 9. Praeterea et rerum memoria a hunc annum deficit et subscriptiones.</p> <p>19 juni 324 IMP. CONSTANTINUS A. Dalmatio. pr. Quoniam cognovimus nonnullos vacationem a nobis personalium munerum impetrasse, alienos pro suis liberis nostris conspectibus offerentes, iubemus eos, cum hoc probatum sit, indulto beneficio privari, eos autem, qui cuiuscumque sexus liberos quinque habeant, impetrata semel vacatione potiri, ita ut, si in hoc numero filius legitimae aetatis inveniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus adplicetur, patribus, qui filios vel filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate servanda. 1. Quod si quis propter censum tenuem vacationem meruerit atque hoc probaverit, beneficio potiatur, si propter rerum angustias ad personalia vocabatur obsequia. DAT. XIV KAL. FEB. SIRMIO CRISPO III ET CONSTANTINO II CONSS.</p> <p>9 juli 324 IDEM A. ad Hilarianum proconsulem Africae. Si quis decurio vel propriae rei causa vel rei publicae cogatur nostrum adire comitatum, is non ante discedat quam insinuato iudici desiderio proficiscendi licentiam consequatur. Quod si pro sua audacia parvi aliquis hanc fecerit iussionem, deportationis exitum sortiatur. PROPOSITA VII ID. IUL. KARTHAGINE CRISPO III ET CONSTANTINO III CONSS.</p>				
--	--	--	--	--